

**HERMESIANACTIS POETÆ
ELEGIACI COLOPHONII
FRAGMENTUM. NOTIS ET
GLOSSARIO ET VERSIONIBUS
LATINIS ET ETIAM ANGLICIS**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649601745

Hermesianactis Poetae Elegiaci Colophonii Fragmentum. Notis et Glossario et Versionibus Tum
Latinis Tum Etiam Anglicis by Jacobus Bailey

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

JACOBUS BAILEY

**HERMESIANACTIS POETÆ
ELEGIACI COLOPHONII
FRAGMENTUM. NOTIS ET
GLOSSARIO ET VERSIONIBUS TUM
LATINS TUM ETIAM ANGLICIS**

HERMESIANACTIS

POETÆ ELEGIACI COLOPHONII

FRAGMENTUM

NOTIS ET GLOSSARIO ET VERSIONIBUS

TUM LATINIS TUM ETIAM ANGLICIS

INSTRUXIT

JACOBUS BAILEY A.M.

E COLL. TRIN. CANT.

APPENDICIS LOCO SUBJICIUNTUR

ARCHILOCHI AC PRATINÆ

FRAGMENTA DUO.

SIMILITER INSTRUCTA

ACCEDIT GEORGII BURGESSII EPISTOLA CRITICA

LONDINI

EXCUDERUNT R. ET J. E. TAYLOR

VENEUNT APUD WHITTAKER ET SOCC. LONDINENSES J. H. PARKER
OXONIENSEM ET T. STEVENSON CANTABRIGIENSEM

MDCCCXXXIX.

71.10.11

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

56409

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
1899

3 0114
VIA 99

JACOBO TATE

PRÆCEPTORI SUO

PIE COLENDO

D.

JACOBUS BAILEY

1907 W. 34
1908 W. 34
1909 W. 34

PRÆFATIO.

DE Hermesianacte, poeta Colophonio, ejusque carmine Leontium inscripto, atque adeo de Elegia, unde hoc Fragmentum ab Athenæo excerptum est, tam luculenter egit Vir præclarus Ruhnkenius, ut vix recte mihi viderer me facturum esse, ni ea, quæ hac in parte disseruerit, paginis nostris integra concluderem. Quibus quidem si quid addendum esset, id sane ad Elegiæ, fortasse etiam ad totius carminis methodum ac structuram pertinere videbatur; cujus ratio, ut ex hoc pulcherrimo Fragmento satis liquet, ea fuit, quam in *Holais megalais*, sive *Katalógw gynaiκῶν*, consecutus est Hesiodus. Neminem autem Interpretum id animadvertisse, eo magis mirandum est, quia ad rectam hujus argumenti cognitionem facem olim prætulit Canterus Nov. Lect. IV. 3. Vide Glossarium nostrum ad v. 1. Quod de vita ac moribus poetæ elegantissimi, inque suo genere optimi, nil fere innotuerit, id sane dolendum potius quam mirandum est, cum idem tum Homero poetarum principi, tum Shakspeario nostrati, etiam post inventam artem typographicam, contigisse videamus.

De Opellæ nostræ instituto hæc ad necessitudinem rei dicta sunt.

Textus, quem exhibuimus, ex Athenæo Guiljelmi Dindorfii Lips. 1827. descriptus est: in quo ordinando nonnulla quidem innovavit Editor; difficiliora plerumque intacta reliquit. Quatenus autem a Schweighæuserana distet ejus recensio, ex utriusque textus collatione protinus apparebit:

SCHWEIGHÆUSER.

DINDORF.

V. 3.	Αἰδόθεν	Ἐπλευσεν
ibid.	ἔπλευσε	διέκ
6.	δι' ἐκ	μονόζωστος
7.	μονόζωστον	μειδήσαντα
9.	μειδήσαντα.	ἔθηκε
15.	ἔθηκεν	ὀργειῶν
19.	ὀργιῶν	ἀνέμω διαποιπνύουσα
ibid.	ἀνεμώλια ποιπνύουσα	Ἄϊδη
20.	ἀϊδη	ἀνερχόμενος
26.	ἀναρχόμενος	μουσοπόλον
28.	μουσοπόλων	λεπτὴν γ'
29.	λεπτὴν γ'	σίχε
38.	εἶχε	συνεξαμένη
ibid.	συνεξανῶν	ποταμοῦ
42.	ποταμοῦ.	δαρδάνη
43.	Δαρδάνη	δοῦριν
54.	δοῦρι	χοροστασίαις
58.	χοροστασίαις.	κάκεινον
61.	κάκεινον	ταμὴν,
66.	ταμὴν	εἰσόκε
67.	εἰσόκε τοι	εὔρετ'
ibid.	εὔρεν	κῦδος
82.	κῦδος	ἀρετή,
ibid.	ἀρετή	εὔρόμενον,
87.	εὔρόμενον	ἐνὶ
88.	ἐν	ἔχρη Ἀπόλλων
89.	ἐχρῆν πολλῶν	οὐδέ
93.	οὐ δέ	λόγων
94.	λόγω	εὔρόμενος
ibid.	εὔράμενος	δεινόν,
96.	δεινόν	ἠήνατο
97.	ἠήνατο	

Est ubi VV. DD. emendationes certissimas inter Variantes Lectiones nimis religiose latitare passus est, interdum etiam eas prorsus prætermisit, immo et in uno alterove loco vulgatam lectionem secus mutavit. Certissima, meo saltem iudicio, sunt ἀνεμώλια ποιπνύουσα v. 19. ἐκόνθ' v. 23. ἀπαρχόμενος v. 26. μουσοπόλων v. 28. κημωθεῖς—στείχε συνεξανύων v. 38. ἐξ ὀνύχων v. 62. εἰσόκε τοι δαίμων, Εὐριπίδῃ, v. 67. ἀνεθρέψαντο v. 69. ἐκτίσαντο v. 79. πυκνά v. 81. δεινός, v. 96. ἐξ Ἐφύρης ἐβίω v. ult. Vide Notas ad loca. Mitto certissimam Porsoni emendationem οὐδὲ μένων v. ult. Dobræi Adversariis necdum in lucem missis. Vellem autem ab incisorum usu minus sæpe manum abstinuisset Vir doctissimus, cum clausulæ non raro eo longitudinis accrescant, ut pæne anhelus ad metam devenias. Adde quod ex interpunctione minutiori locorum sententia clarius pateat necesse est. Exemplo sit v. 75. seq. quem locum sic uno flatu exhibet Dindorfius: ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται | Κῶοι χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ | Βιττίδα μολπάζοντα θοῆν, κ. τ. λ. Ubi conjectura plane opus est, qua assequaris, an ad θῆκαν, an ad μολπάζοντα, voces ὑπὸ πλατάνῳ pertineant. Quod si post πλατάνῳ leviter figas, plana fient omnia, neque ullus ambigendi locus erit. At neque vel aliis nominibus hac quidem in parte excusandus est Dindorfius. Etenim, si recte interpunxerit vv. 35. 89. protinus amovendum erit incisum post τὸν ἀοιδὸν v. 75. et clausula sic vel longius pertrahenda, eademque adhibenda erit medicina vv. 27, 69, 73. Sed hoc esset morbum augere, non minuere; nec rectius incisa amoveris, quam cola post Ἀντιόπην v. 16. et Πηνελόπης v. 30. Nec minus sibi impar est Dindorfius, dum in ipso Fragmenti initio pulmones lectoris ad hunc modum fatigat: Οἶη μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο | Ἐγρίοπην Θρῆσσαν στείλαμενος κιθάρην | Ἄιδόθεν. Namque clausula Θρῆσσαν στείλαμενος κιθάρην incisus non minus recte dispescenda est, quam illæ, sive incisus, sive punctis plenioribus, ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωμένον, v. 11. Ῥάριον ὄργειὸν ἀνέμω διαποιπνύουσα | Δήμητρα' vv. 19, 20. ἰδίῳ ἀπτόμενος παθέων. v. 34.